

## Questio secunda

## Articulus quintus

et aer. Et s. i. dicit q̄ hoc concedentes sensum negligunt Alq̄ dicunt lumen recipi in porros aeris. Sed queritur quid remanet in eis recedente lumine.

Item in celo vbi est lumen non sunt tales porti nec est ibi materia ex qua generetur aliquid corpus qd̄ sit lumen. Secunda est opinio dicentium lumen esse accidens s̄ lux est subā. Sed contra Commentator pbat q̄ calor non est forma substantialis ignis ut videtur dicere alexander q̄ in alijs est accidens ergo lux non est forma substantialis solis. Item nulla forma substantialis est per se sensibilis sed lux solis per se videtur. Si quis lumen vocet formam solis lucē hoc erit equivoce unde philosophus dicit in. 4. meha. non esset inconveniens qd̄ eodem nomine apud nos significetur homo et apud alios non homo.

Tertia opinio dicit qd̄ lux nichil addit supra colorum sed ipsa evidētia coloris vocatur lux hoc autem improbat avicenna in nocti lucis quorum colorum nocte occultatur et lux videtur.

Quarta opinio dicit q̄ est tātuū intentionis sicut sp̄s albedinis que est in medio unde non habet esse naturale sed spirituale. Et lumen est species et similitudo lucis. Et licet hec opinio sit probabilis secundū San. T. Improbatur tamen quia illud quod habet esse intentionis tantum non causat transmutationē nisi secundum operationem animie secus autem ē de lumine quod calefacit:

Et ideo dicendum q̄ lux est forma accidentalis habens esse ratum et firmum in natura et sicut calor est qualitas activa ignis ita lux est qualitas solis et quodammodo naturalis. Forma enī intentionalis non denominat subiectum qm̄ ut dicit sanctius tho. 1. pte. q. 67 ar. 3. color parietis non denominat aerē licet species eius sint in aere. Quantum ad secundum dubium tunc sunt opiniones ḡspectuum et pleriq̄ alij ponunt sensibilis propria sentiri per species quae producunt in medio et in organo et in potentia sensitiva primum patet quia nichil agit in distans nisi p̄nus agat in medium s̄ sensibile distans a sensu agit in sensum ergo prius agit in medium et non nisi specie īgitur. maior patet ex. 7. phl. vbi dicitur q̄ mouens et motum sunt simul et ideo dicit hic phl. contra democritum quod si inter visum nostrum et rem visam esset vacuum tunc non videremus non solum formam in celo sed nec bouem. Hic respondent aduersarij q̄ non oportet mouens et motum semper esse simul ut patet de sorte prohciente sagittam. Item intellectus mouetur ab obiecto et tamen obiectum et intellectus non sunt simul q̄ intellectus non est in loco et unus angelus illuminat alium. Illuminare autem videtur dicere aliquam actionem et tamen unus non est simul cum alio. Sed contra si sensibile nichil causaret in medio ergo nulla esset causa quare egeret dulce esse amarum quia illud dulce nichil causat super linguam infectam. Item si radius solari stranscat per vitrum rubrum tunc in pariete opposito illi vitro apparet species coloris rubri et non vera rubedo quia illa rubedo non est in medio eo q̄ medium non est susceptivus eius nec in pariete quia suppono ipsum esse albissimum. Sed forte non est verum quod species videatur q̄ nichil videatur p̄ se nisi color vel sensibile commune unde quida p̄ proper hoc dicit qd̄ lumen nō habet esse intentionale tñ q̄ videatur. Item omne quod videtur habet esse extensus in materia sed species non habet esse materiale.

Item si species esset proprie sensibili tunc sensib⁹ c̄tē ceam in isto casu non erraret unde aliter arguitur quia videtur in speculo et in que est retro nos ergo oportet quod illa res aliquid causet alias nulla esset ratio. quare illud quod est retro nos magis videretur posito speculo ante nos quam alias.

Item appetiendo viride visus p̄foratur ergo color aliquid agit in ipsum quia si nichil ageret tunc per nichil confortaret. Item hic habetur q̄ medium est mouens motū et quando in aliquo loco diu fuerit posita tunc posicō remouetur adhuc videtur ibi manere sp̄s odoris. Item nisi ponatur visio fieri per tales sp̄s tunc perire perspectiva dicēs visionem fieri per perspectivam cuius conus est in oculoz basis in te visa. Et si queraf a quo causatur ipsa sp̄s in medio. Dicendū q̄ a colore differt tamen ab eo secundū sp̄m unde color in medio habet esse intentionale. Sed in obiecto habet esse naturale. Et dicitur esse intentionale quia habet esse representatum vel esse diminutum sicut secundē intentiones habent esse diminutum apud logicos. S̄ hic est dubius quis licet lux solis videatur per lumen tamen dubium est an lumen videatur per aliudū vel per seipsum vel p̄ speciem et videtur quod aliquando lumen videtur p̄ specie quis existens in tenebris videt lumen existens in altera parte camere et hoc non est per lumen deueniens vloq̄ ad oculum suū ut videtur. Item si sit magis lumen contra parietē tunc possim in speculo videre illud lumen licet sit retro me: ergo lumen causat sp̄m. Item lumen non potest esse secundum suū est se naturale in potentia visiva ergo in potentia visiva ponenda est sp̄s luminis. Videlicet tamen hoc non obstante melius dicendum secundū san. tho. q̄ lumen per seipsum videtur quis in omnibus oportet venire ad unum primum quod per se ipsum est tale. Et 1. pte. q. 56. dicitur q̄ lux videatur in oculo per presentē em suē essentie in cognoscētia alia autem cognoscētur per presentiaz sue similitudinis. Item lumen q̄ videtur aliquando est supra visuz vi dicitur in secundū do. d. 13. ar. 3. ergo non semper causat speciem in medio. Ochram et multi alij opinantur q̄ in medio nūle ponende sunt sp̄s nec in oculo. Sed contra tunc non datur causa quare visum a longe apparet minus. Hoc enim est quia species in oculo faciunt minus angulum q̄ si res esset prope.

Quantum ad 3. dubium. Sciendum q̄ medium per quod sit visio secundum se nec habet lumen nec colorē. Visibilium autem quedam sunt propriæ dicta ut colorata et lumenosa sufficienter ut lumen solis. Aliæ autem sunt quasi inuisibilia unde non videntur nisi de nocte ut putredines aliquorum queruntur squame aliquorū piscis oculi cattorus vel luporum unde parvum lumen videatur in nocte. Sed non in die quia manus lumen obfuscat minus. unde in nocte videatur lux istorum et non color. Econuerso autem est in die. In nocte enim lux eorum non est sufficiens ut faciat videre colorē et hec dicuntur inuisibilia innominata.

Conclusio. Color ut comprehendit lucē et alijs colorē est obiectus visus. quia illud in quod primo directe fertur potentia et sub eius ratione formas fertur in oculi illud in quod fertur est obiectus illius potentie. Sed visus est huiusmodi respectu coloris igitur. Ex predictis patet differentia visus ad alios sensus quia eius similitudo est spiritualior. Non enī